

libertas, grece non est *τελεσίς*, ut ante, sed *διαθεσίς*, id est spontanea, ingenua, libera et clara illuminata voluntas : ut scilicet, ablatio legis Moses velamentum, clara et spontanea voluntate ambuletus secundum legem Dei. Ita Theophylactus.

Unde nota : « *Libertas* » hic opponitur non obligationi legis humanae, vel divine, ut voluntate heretici; sed tum velo Moses, id est obscuritatis et crassitatis legis veteris; tum littera, id est legis servili coactioni, timori et torpori, de qua dixi vers. 6. *Idoneo nos facit minister nos Testamenti*, non littera, sed spiritu ; ac consequenter duplex haec est libertas.

Prima, ut Chrysostomus, est intellectus, estque clara notitia mysterii Trinitatis, incarnationis, etc., que Iudeis obscuro erat : item, vere religionis et divini cultus, quem Iudei putabant consistere in mactatione boum et victimarum, cum Deus colludit et adorari in spiritu et veritate, *Iona*, iv, 23. Ubi adverte : sicut crassities, hebetudo, obscuratio, ignorantes intellectus, qua mens quasi tenebris, vinculis et carcere constricta tenetur, recte dicitur servitus et servilis conditio ; ita et contra, illuminatio, claritas et clara intellectus cognitio recte dicitur libertas, quia mens ignorantia, erroribus crassissime rursum speculum liberatur, liberatur, ne rebus divinis et spiritualibus vacat et intendit. Unde Aristoteles, Plutarchus, Seneca et alii dixerunt solos sapientes esse liberos.

Secunda libertas, ut docet S. Augustinus, est affectus, estque amor justitiae, non timor vindictae, ut scilicet sponte et libere legem impleamus ex amore virtutis, non ex formidine pone. Hac enim libertas et spiritus amoris Christianorum opponitur servitui et timori servilis Iudeorum.

Patet ex antecedentibus et sequentibus hic. Tam ergo impie quam imperite et insulse ante 300 annos Begardi, et iam Suenfeldiani et Liberini hinc, et ex verso 6, respunt verbum Dei scriptum, quasi literam occidentem, soloque spiritu interno dictante nos regi volunt. *Secondo*, hominem sanctum et perfectum liberum esse a lege, nec peccare etiam forniciando. *Tertio*, hinc male ali passim absent leges humanas. Vide Bellarmium, lib. IV *De Justitia*, cap. iii et iv; Bellolanum, libris XV, quos scripsit *De Libertate Christi*. Praelate Augustinus, lib. *De Contingentia*, cap. iii : « Non sumus, ait, sub lege bonum quidem iubente, non tenetemur, sed sumus sub gratia, quae id, quod licet subet, faciens nos amare, potest liberis imperare. » Vide eudem *De Spiritu et Litteris*, cap. x, et *De Natura et Gratia*, cap. lvi.

Nos VERO REVELATA FACIE (Christi scilicet incarnationi et mysteriorum fidei) GLORIAM DOMINI (gloriam divinitatem et gratiam, opusque nostre redemptionis in Mose et veteri Testamento adumbratum) SPECULANTES. — « A speculo, non autem a specula dixit speculantes, id est per speculum videntes, non de specula prospicentes, inquit

S. Augustinus, lib. *XV De Trinitate*, cap. viii. Et patet ex greco : nam grece est *κανονιζόμενα*, id est *quasi in speculo intuentes*. Erasmus vero veritatem in speculo representantes, quia, inquit, hoc est speculum gloriae Dei. Sed vox Graeca proprie significat in speculo intueri, ut dixi, non autem representare ; nam de representatione habet, cum ait : « In eamdem imaginem transformamur, q. d. Cum Dei gloriam in Christo, ejusque Evangelio, quasi in speculo intuemur, per hoc quasi in eamdem Dei gloriam transformamur, eamque in nobis representamus : speculum ergo hoc et speculator, causa est representationis, non autem ipsa representatione.

Notum : Apostolus *speculator*, nunc vocat *verbum Verbum carna vestitum*, et spectabile factum, quodque in *Evangelio et Ecclesiis spectandum proponitur*, in *Mosi velato* ponitur. Unde cap. seq. vocatur *image Dei*: Christus enim, quia Deus, est *Verbum et speculum Patris*; quia homo, est *speculum dei*, ejusque gratiae et glorie ; ac consequenter Evangelium Christi non est aliud quam *speculum gloriae Dei*, idque clarissimum et lucidissimum. Hinc S. Augustinus nos sententias ex Evangelio et Sacra Scriptura collectas de vita et moribus Christianis vocat *Speculum*, quod extat, tom. III operum Augustini.

Potest secundo, per *speculum* hoc accipi fides, per quam quasi *speculum*, sed *enigmaticum* et *obscurum*, Deum et divina contemplatur, de quo speculo dixi I Cor. xii, 12.

IN EAMEN DIAGNOM TRANSFORMANUM. — « *transformanum*, » non essentialiter, quasi essentia nostra transformare in essentiam divinam, sive in *speculum* esse idealē, quod habuit antequam crearetur, in Deo ab aeterno : de quo dicit S. Joannes cap. i : « Quod factum est, in ipso vita erat. » Hic enim est error Almarici et aliorum Fanaticorum, quos refellit Gerson epistola duabus contra Ruisbrochium scriptis, et ipse Ruisbrochius, lib.

De Vera contemplatione. Sed *transformanum* actualiter, ut scilicet, quasi per reflexionem radiorum lucis Christi quasi speculi in nos, flamus lucidi luce fidei et gratiae Christi (hoc enim significat *τελεσίς*), adeoque flamus quasi specula jubar divinum emitentes, et quasi soles quidam alias illuminantes, inquit Chrysostomus et Theophylactus; immo flamus quasi dii, divine ecosores nature, ut ait S. Petrus : « quos, ut ait Paulus, Rom. viii, prassevit et praedestinavit (Deus) conformer fieri imaginis Fili sui. » Alludat ad Moysen, qui intuens Deum, cum eoque colloquens, reflexos a Deo lucis radios accepit, ut dixi vers. 7; nec enim Moses Deum in se vidit, sed in corpore gloriose assumpto quasi in speculo. Tertullianus, lib. *V Contra Marcionem*, pro *transformanum* legit, *transfiguratur* : quasi alludat Paulus ad Christi transfigurationem in monte Thabor, qua Christus sua gloria et luce coruscans, eadem Mose, Eliam et Apostolos aspersit, et quasi *transfiguravit*.

COMMENTARIA IN II EPISTOLAM AD CORINTHIOS, CAP. IV.

437

Pari enim modo nos per Evangelium, fidem et gratiam Christi transformamur et transfiguramur, dum per eam finius divinae veritatis, splendoris et glorie participes, adeo ut eamdem aliis aspergamus et communicemus, tandemque in Deum ipsum a quo primo manavit, eamdem reflectamus.

Quidam *lib.* *De Tera Religione*, *cap. XVI*, *tom. I*. Quam sapientes sunt qui hoc speculum assidue intuentur, illique mores suos conformare catagunt, itaque transformantur in alios viros, ecclesiæ, angelicos et divinos !

A CLARITATE IN CLARITATEM, — « a claritate Christi in claritate nostram, ut flamus clari et lucidi sapientia et gratia ad instar Christi. Secundo, a claritate fidei in claritate speciei et visionis. Tertio, Anselmus, a claritate creationis in claritate justificationis. Quarto et optimus, ut dixi Rom. i, 17, « a claritate in claritatem, » id est clarus in dies ac clarius, et usque ad claritatem visionis beatificis. Ita Ambrosius. Porro Maldomatus, in *Notis manuscriptis*, sic explicat, q. d. Progredientes a claritate, id est a gloria veteris

Testamenti, « in claritatem, » id est gloriam novi. Simili modo dixit Rom. i, 17 : « Ex fide in fidem. »

TANQUAM A DOMINI SPIRITU, — id est, idque per Spiritum Domini. Vox tanquam redundat hebraismo; vel potius cum Chrysostomo et Ambrosio significat causam congruam et dignam tante transformationis, q. d. « Tanquam, » id est sicut decet Spiritum Dei nos transformare. S. Basilus, lib. *De Spiritu Sancto*, et Chrysostomus hic loquuntur, tanquam a Domino Spiritu ; sic enim verti possunt Greca ἀπό κριτην πεπλασθαι. Unde hinc contra Macedoniam probant Spiritum Sanctum esse Erasmus *Macedoniam* *spiritus* *de* *spiritu* *sacerdotum* *loci* *junguntur*.

(1) Jam vers. 12 in eo fuit Apostolus, ut accuratus exponeret, quem habeat effectum fiducia dignitatis, quia suum munus ornatum est. Sed historia Mosica, ad quam vers. 7 respercat, ita recens in mente heretici, ut ei non saltem suggesteret allegoria de Mosis vel opportunitatem vers. 13, sed etiam a consilio paulisper cum deduceret vers. 14-18, ad quod tamen cap. iv iterum.

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, ex eo quod docuit cap. iii, tam nobile et gloriosum esse munus praedicandi Evangelium, hoc cap. IV infert, asseritque se casti, sincere et clare illud praedicare : ideo illud omnibus cognitum esse et manifestum, praterquam iis quorum mentes excœvatae sunt.

Secundo, vers. 7, asserit se et Apostolos pro Evangelio multa adversa pati, nec succumbere, sed fortiter semper mortificationem Jesu circumferre in corpore, propter spem melioris vita et resurrectionis.

Tertio, vers. 17, docet, quod momentanea et levis sua nostraque tribulatio, aeternum gloria pondus operatur.

4. Ideo habentis hanc ministracionem, juxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficitur ; 2. sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. 3. Quod si etiam opertum est Evangelium nostrum, in iis, qui pereunt, est opertum : 4. in quibus Deus hujus saeculi excœvati mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloria Christi, qui est imago Dei. 3. Non enim nosmetipsos praedicamus, sed Jesus Christum Dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Jesum : 6. quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiae claritatis Dei, in facie Christi Jesu. 7. Habet nos autem thesaurum istum in vasis fictilibus : ut sublimitas sit virtutis Dei, et non nobis. 8. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur : aporiamur, sed non desitimus : 9. persecutionem patimur, sed non dersinquoimur : dejicimur, sed non perimus : 10. semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. 11. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum : ut et vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. 12. Ergo mors

in nobis operatur, vita autem in vobis. 13. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum: et nos credimus, propter quod et loquimur: 14. scientes quoniam qui suscitavit Iesum, et nos cum Iesu suscitabit, et constituet vobiscum. 15. Omnia enim propter vos: ut gratia abundans, per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei. 16. Propter quod non deficitus: sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur: tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem. 17. Id enim quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostra, supra modum in sublimitate aeternum gloria pondus operatur in nobis, 18. non contemplabit nos quae videntur, sed quae non videntur. Quae enim videntur, temporalia sunt: quae autem non videntur, aeterna sunt.

4. IDEO HABENTES HANC MINISTRATIONEM, — *τόνον τούτου, ταῦτα μινιστήρια*, apostolus sciaret novi Testamenti, de cuius excellenti hacce munus dixi, ad quod per suam misericordiam nos indignos Deus gratis assumpsit.

NON DEFICIES, — *οὐδὲ περιέχεις*, non cedimus, non frangimur malis et afflictionibus, non fatigamur, non segnescimus, ut verit Erasmus; *τάξις*; enim subinde significat inertem et segnum.

2. SED ABINGAMUS (*græce ἀπαγέλλειν*, abnegamus, renuntiamus; Syrus, *ἀπλένειν*, id est *exērεμαι*) **OCCULTA DEDECORIS**, — *occulta dedecora et crima*: turpitudine enim amat latebras, adeo ut etiam impudica querentibus illud sit in ore: Si non caste, saltem caute, q. d. Nihil admittit ne occule quidem culpari possit, non sum hypocrita, ut multi pseudopostoli, Ita Ambrosius. Putchre idem, lib. II. *Opifiorum*, cap. III, alludens ad annum Gygis, quo ipse omnes vivens, et a nemina visus, stuprum regine, necen regi intulit, itaque Lydia regnum adeptus est: « Da, inquit, hunc annulum sapient, ut beneficio eius possit latere, cum deliquerit; non minus fugiet peccatorum contumaciam, quam si non possit latere. Non enim latebra sapienti spes est impunitatis, sed innocentie. Denique lex justo non est posita, sed injus: quia iustus legem habet mentis sue et sequitur, ac justitia sua normam.» Hinc aurea illa vox Seneca: « Etiam si scirem homines ignorantes, et Deum ignoscitum, tamen peccare noilem per peccati turpitudinem.» Addit, etiam peccantes lateamus homines. Dominae oculatissimum judicem et vindicem latere non possumus. Hinc quisque cum Paulo abdedit a se occulta dedecoris, itaque caste vivat castamque memorem servet, ac si coram Deo consisteret.

NON AMBULANTES IN ASTUTIA, — ut aliud palam ostendamus, aliud occulte faciamus. Nota libidines pseudoapostolorum, et voluptates occulas. Nam, ut ait *Ephes.* v. 12: « Quae in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere.»

NEQUE ADULTERANTES (*græce θελάντες*, cum dolo tractantes; Erasmus, *falsificantes*) **VERBUM DEI**, — ut facint pseudoapostoli, quia scilicet illud permissent cum lege Mosis et Judaismo, aut quia

pro loco, tempore et personis aliud et aliud docent. Quae tria fecit eruditus Lutherus. *Primo*, falsificavit illud *Rom.* III, 28: « Arbitramur hominem justificari per fidem, » addendo « solam; » illud *II Petr.* I, 40: « Magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocacionem et electionem facatis, » demento, « per bona opera. » *Secundo*, traxit ad suas cupiditates Dei verbum, quando muliercula eidam persuadere tentavil, dormiente marito, secum eam posse concubinare, ita explicans illud *I Cor.* VII: « Quid si dormierit vir ejus, liberata est. » *Tertio*, pro loco, tempore et personis alter et alter expositi verba contradictionis; ita ut Gasparus Querherus *Saxo in Tabula contradictionum Lutheri*, triginta sex contradictiones ipsius de sola communione Eucharistie vulgariter, collectas ex ejus operibus, etiam vivente Lutherio.

COMMANDANTES NOSMETIPSOS AD OMNEM CONSCIENTIAM, — q. d. Qui student conscientie, et ex conscientia rem judicant, hi vident me vera dicere, ut, si veliat dicere quod sentiunt, negare non possint me sincere predicare, et quasi coram Deo, ac si ubique Deum inspectorem, testem et judicem intueretur et reverear.

3. **SI ETIAM OPERTUM EST** (ut non intelligatur, non credatur) **EVANGELIUM NOSTRUM**. — Alludit ad velamen Mosis, de quo cap. III, vers. 13: est opertum, q. d. Dicit aliquis: Si tu, o Paulus, manifestas, ut dicas, in veritate Dei verbum, commendans te ad omnem conscientiam: qui fit ergo quod hoc tuum Dei verbum non sit omnibus manifestum? Cur non omnes illi credunt? Respondet, illud bonis et fidelibus esse manifestum, impensis autem et infidelibus opertum et incognitum, utpote perditis et reprobus.

EVANGELIUM, — non scriptura Evangelii, ut volunt heretic, quasi illa sit clara omnibus electis; sed mysterium Evangelii, seu articuli fidei cuius Christiano obvii et cogniti, ut Christum esse natum, passum, resurrexisse, etc., que evangelizabant Paulus et Apostoli, etiam antequam Evangelia essent conscripta: uti cum haec scriberet Paulus, quedam necdum erant conscripta.

IN IIS QUI PEREUNT, — in reprobis et infidelibus, q. d. Illud est signum et causa reprobationis illo-

rum, quod velamen cecitatis et infidelitatis habent super cor, ut non videant nec credant Christo, ejusque mysterio in Evangelio et novo Testamento propositis tam clare et evidenter.

4. IN QIBUS DEUS HUJS SECULI EXLEGAVIT MENTES INFIDELIUM. — Quares, quis dicatur « Deus hujus seculi? » *Primo*, Marcion apud Chrysostomum hinc docebat Deum quendam esse justum, non tamen bonum, qui sit opifex seculi. *Secondo*, Manichei respondebant esse diabolum, hunc enim esse opificem seculi rerumque corporalium. *Tertio*, Chrysostomus, Anselmus, Theodoreus et Theophylactus sic ordinant: Deus, scilicet verus, qui hujus seculi infidelium mentes exceceavit; vel Deus verus, seculi auctor et opifex, infidelium mentes exceceavit. *Quarto*, (Eusebius et S. Thomas: « Deus, inquit, hujus seculi ») est diabolus, qui Deus est seculariter viventum, non creatione, sed sua perversitate, exemplo, imperio et suggestione; et hoc videtur simplicissimum: id enim non Deum vocat, sed alleando, « Deum hujus seculi, » id est secularium, qui temporali et caduca preferunt celestibus et aeternis bonis. Simili est *Ephes.* cap. VI, vers. 12. *Quinto*, S. Thomas: « Deus hujus seculi » est mammona, sive opes et pompe, in quibus seculares ultimam finem et omne bonum quasi in deo constitutum. Sic *Philip.* cap. III, vers. 19, dicitur: « Quorum Deus venter est. »

INFIDELIUM. — Refer ad *in quibus*; est hebreis, q. d. Infidelium, quorum Deus exceceavit mentes. Hebrei enim sepe repentunt et jungunt antecedentes cum relativo, quod praecessit. Sic ergo haec connecte: Evangelium in his infidelium, qui percussi, opertum est; in quibus, id est quorum, Deus hujus seculi exceceavit mentes.

UT NON FULGEAT ILLIS ILLUMINATUM EVANGELI. — *Pro fulgeat*, grecè est *προφέψη*, *irradiet*; Syrus, *ορίαται*, ait Chrysostomus et Theophylactus, est sublustra quiddam, et pragustus clara lucis, sive *φωτεία*, hoc est, illuminationis et glorie divine, que revelabatur in celis. Sicut enim aurum et lucifer, sive stella Veneris, prelit et praecepit soi: sic fides in haec quasi lucifer prelit et precepit clarissime gloriam et visionem in celis. Simile est *II Petri* 1, 9.

EVANGELI GLORIA CHRISTI. — Est appositio: Evangelium enim dicitur *gloria Christi*, quia illo glorificatur Christus, Christi redemptio, resurrectio, divinitas. Ita Anselmus.

QUIS EST IMAGO DEI? — Nota primo: Filio proprium est quod sit et procedat a Patre quasi imago Patris. Secunda, *imago* dicitur, quia ita producitur a Patre, ut ex vi productionis Deus simillimus sit Pater, eumque perfectissime representet. Est enim Verbum divinum sive terminus intellectus Patris, qua se Pater notionaliter intelligit; Verbum autem mentis est conceptus et imago rei intellectus, et sic distinguuntur a Spiritu Sancto, qui licet Patri sit simillimus, tamen hoc non habet ex

Lectio
proposita
potes
tates tri-
ginta
scilicet
quod
Dionysium.

Quando
occede-
rint au-
geli?

vi productionis sue; nam ex ea tantum habet quod sit amor notionalis, id est terminus voluntatis et amoris Patris et Filii. *Tertio*, Filius est *imago* Patris ratione essentiae divinae, quatenus scilicet eam Filius a Patre accipit: quatenus enim eam accipit a Patre, realiter ab eo diversus est, scilicet imago diversa est a suo exemplari; quatenus vero eamdem habet cum Patre, illi simillimus est, eumque per omnia representat. Vide Scholasticos, I part., *Quest.* XXVII et XXIX.

Nota profunditatem Apostoli, q. d. Mundus ab Apostoli fidei lumen accipit; hi a Christo, uti Moses ab Angelo, qui Christi typus erat; Christus a Patre, quae lumina de lumine, et radius a sole emanat.

Dei. — Complimenti addunt, *τοις δεῖτος, ινι-
σιτι*.

5. NOS AUTEM SERVOS VESTROS PER JESUM, — *διὰ
τοῦτο, πρόπερτον Ιησούν* (ita Syrus, Eusebius, Ambrosius); supple, *exhibemus*; vel potius repele, *εἰρηκανούσιον* nos servos vestros. « Licit enim grecum *διὰ* cum accusativo attice significet per, communiter tamen significat *propter*.

6. QUONIAM DEUS, QUI DIXIT DE TENEBRIS LUCEM SPLENDESCERE, IPSE ILLUXIT IN CORDEBUS NOSTRIS. — « Qui dixit, » scilicet *Genes.* I, 2: « fiat lux. » Nola in Genesi et creatione mundi ante omnia formatum esse lucem, quia lux qualitas est nobilissima, juandissima, letissima, commodissima, efficacissima et potentissima. Vide Dionysium, *De Divin. Nomini*, cap. IV, ubi tringita quatuor proprietates lucis et lumen recenset, Deo divinisque rebus miris congruentes. Quae et qualis fuerit haec lux, dixi *Genes.* I, 2.

Allegoricus Hugo, lib. *De Sacram.*, pag. 1, cap. x, et ali notant, primo dicit, cum facta est lux, et a tenebris divisa, bonus angelos esse in bono confirmatos, malos in malo, et a bonis esse segregatos; atque ita, quod agebatur in mundo sensibili, *imago* erat illorum quae in intelligibili agebantur; quia immo Augustinus passim vult hunc de angelis sensum esse litteralem.

Tropologicum. Iucem hanc explicat hic Apostolus, q. d. Ut Deus olim produxit de tenebris lucem, ita nunc ex infidelibus nos fides fecit, fidique luce illustravit. Sie et Augustinus, lib. I *Contra Advers. Iog.*, cap. VIII, per hoc, quod tenebris, sive nocti, que luce fuit prior, lux et dies successit, et huius successerunt rursus tenebrae; significari docet, quid in homine fiat spiritualiter, peccato scilicet gratiam, et gratia peccatum, cum in illud recidimus, succedere. Vide S. Dionysium supra.

AD ILLUMINATIONEM (ut scilicet illuminemur a Deo: ita Graeci; et viceversa, ut illuminemus et alios, ut ait Ambrosius) **SCIENTIA** (et cognitione) **CLARI-
TATIS** (hoc est, clara et gloriiosa) *Dei* (id est, que est de Deo, que resplendet) **IN FACIE CHRISTI**, — hoc est, in clara, vel per claram cognitionem Christi et redemptionem eius, vulgo enim clare cog-

noscitur quisque per faciem (1). Hinc cognoscere in facie significat cognoscere clare et aperte. Sicut ergo noctu teda vel fax accessa omnia tenebrosa illuminat, ideoque ambulantibus preferuntur, ut iam preeat et illustreret; ita et Christus quasi fax illeminat in nocte hujus saeculi, ut Deum tertio et manifeste cognoscamus, viamque ad eum videndum, ad beatam inquam vitam, in celum inueniamus. Unde Glossa symbolica sic explicat: « In facie Christi Iesu, id est per Christum Iesum, qui est facies Patris; quia sine ipso non cognoscitur Pater. » Persistit in aliis velaminis et facioi Mosis velato, et Christi aperte, de qua cap. iii, vers. 13. Ita Chrysostomus. Graecum ἡ προσωπή, quod Noster hic et cap. preeced., vers. 8, recte verit, in facie, potest verit cum Syro, in persona, id est nomine, vice et auctoritate Christi, quasi ejus vicarius, illuminamus alios. Ita Gagelius, Faber et alii. Unde S. Cyriacus, lib. De Fide ad Theod. Imperatorem: « illuxit, inquit, ipse cordibus nostris ad illuminationem scientias claritatis Dei, in facie Christi Iesu. Ecce aperte evidenterque illuminationis scientia Dei patris in persona Christi effusit. »

Vers. 7. 7. HABEMUS AUTEM THESAURUM ISTUM, — id est Evangelii ministerium et predicationem mihi creditum a Deo. Patet initio capit. vers. 1, et quia de hac immediaete ante egit vers. 5 et 6.

IN VASIS FICILIBUS, — Grace ἀπόκρισις, testaceis, id est in corpore luteo, fragili, caducu, q. d. Paulus: Vas ficile corpus nostrum est. Sicut enim vas fictile non est aliud quam lutum igne coctum; ita et corpus nostrum nihil est aliud quam lutum anime calore solidatum. Tolle animam, corpus in lutu ex quo formatum est, redibit: « Ipse cognovit, inquit David, Psal. cii, figuratum nostrum; recordatus est quoniam pulvis sumus. Ita Chrysostomus. Vel secundo, « in vasis fictilibus, id est in nobis, qui, licet simus Apostoli, sumus tamen homines personae que lutea et fragiles, tam anima, quam corpore, quique quasi testaceis vasa viles sumus, ignobiles, inopes, abjecti, contempti, calcati, omniumque injuriis excepti. »

Hoc sensu faveat sequentia. Sequitur enim: « In omnibus tribulationem patimur, angustiamur, aporiariamur, » etc. Sic epist. I, cap. i, vers. 27, ait Deum Apostolos quasi infirma, ignobilis et contemptibilis mundi elegisse. Et cap. ii, vers. 1, Paulus ait se ad Corinthios venisse non in sublimitate sermonis aut sapientiae, sed in infirmitate, timore et tremore. Et cap. iv, vers. 9, ait: « Puto

(1) « Scientia claritatis Dei, in facie Christi. » Paulus miratur Iudeus ita hebetes ac caecos esse, ut neque in men Evangelica doctrina, neque numeris Apostoli dignitatem videant, quam tamen tantus splendor et claritas Dei et Christi emicerit per Evangelium, radiosque omnes in partes sparserit. Ita δέξια respondunt in Catechismo Iesu, id est, in persona, auctoritate, doctrina, auctoritate, etc., Christi.

quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tanquam morti destinatos: usque in hanc horam et esurimus, et sitiimus, et nudi sumus, et colaphis cedimus, » etc.

Symbolica, Origenes, hom. 9 in Numer. : Thesaurus hic est Spiritus Sancti gratia abscondita « in vasis fictilibus, » id est in sermonibus rudiibus, impolitis et inlegantibus legis et Evangelii.

UT SUBLIMITIS SIT VIRTUTIS (ἀρετών), id est pertinente fortitudinis Dei, et non ex nobis. — Pro ut sublimitas, Ambrosius legit, ul' eminencia; sic et Augustinus sepe: grēce enim est ἀρετής, q. d. Ideo vult Deus me thesaurum istum habere in vase fictili, ut excellentia quae in me est, et fructus quem facio in conversione tot gentium, non mihi, sed potentia et efficacia Dei, ad gratias Christi adscribat. S. Hieronymus in Dialog. contra Pelag., legit, ut abundantia fortitudinis nostra sit ex Deo. Vide Chrysostomum hic in moral.

8. IN OMNIBUS TRIBULATIONEM PATIMUR, SED NON ANGUSTIAMUR. — Pro non angustum, grecē est οὐ τελετεῖον, non coartat, non anxiū reddit; aliquo necessarium est ut qui prematur, si adiungatur in angustum, et angustior sit; sed Apostolo rebus in angustis mens erat lata, ampla et excelsa. Syrus verit, prematur, sed non suffocatur. Ita canit et David, Psal. iv: « Cum invocarem audivit me Deus justitiae mee, in tribulatione distasti mihi (me). »

APORIARIAMUR, SED NON DESTITUIMUR. — Hoc est, id Ambrosius, Theophylactus, Erasmus, Cajetanus, rerum omnium penuria prematur, at non opprimatur. Patet ex graecā ἀπόκρισιν, 230 sic ἀπόκριψη; est paronomasia, quam imitatur Judeus dum verit, egentes, sed egostis non succumbentes. Eggestis enim in animo patienti, sapienti, tranquillo et in Deum defixo, quietem, sufficientiam, imo et copiam parit. Ut Christianos faciem, docuit hoe Favorinus philosophus apud Gellium, lib. IX, cap. viii: « Verum est, inquit, quod observato rerum usu sapientes viri dixerit, multis egere qui multa habeant; magnamque indigentiam nasci non ex inopia magna, sed ex magna copia. Multa enim desiderari ad multa quae habens tuenda. Quisquis igitur multa habens cavere atque prospicere velit, ne quid egat, neve quid desit, jactura opus esse, non querest, et minus habendum esse minus desit. »

Possunt secundo, Graeca jam dicta sic veri. Inopes consilii et perplexi sumus in mediis malis et difficultatibus; attamen nec his, nec anxietate et tedi vincimur; non desperamus, sed in Deo consilium, remedium, exitum speramus, invenimus, et vincimus. Ita Theophylactus, Chrysostomus, Oecumenius, et hoc magis significat Graecum aporiariamur. Est enim aporia inopia non tantum corporis, sed et animi, puta consilii inopia, dubitatio et perplexitas, cum mens undique se malis obsecptam videntis anxia haeret, nesciisque quid consilii capere, quid aggredi debeat. Sed

Corpus
noscitur
est vas
scilicet.

Deus Apostolis, suisque in hac aporia succurrit, Indorum conversione experiri, testes sunt S. Xaverius et Gaspar Barzeus, dictantes in India plus in quavis re et dubio docere Spiritum Sanctum, quam apud nos omnes doctores et sapientes docere possint.

Vers. 9. 9. PERSECUTIONEM PATIMUR, SED NON DERELINQUIMUR. — Acute et pie S. Gregorius Nyssenus in lib. De Beatitude, explicans ultimum beatitudinem, quae est: Beati qui persecutionem patiuntur, « expendit vocem illam persecutionem, quem currentem, immo praecurrentem est. Ponit ergo ob oculos virum plūm et tribulationem, quasi duos esse cursorum qui simul currant; sed cum illa tribulatione non credit, quasi victoriam antecedere et praecurrere: tribulationem vero a tergo viri pīi subsequi, et post eum currere, ideoque appellari persecutionem, non consecutum, quia persecutus virum plūm, sed eum non assequitur. Docet ergo hoc voce indicari, Sanctos per patientiam velocissime currere ad bravium glorie, et in persecutionibus maxime elucere Sanctum in currendo vigore et fortitudine: « Martyrium, inquit, nobis staudum ostendit, et fidei cursum designat: nam persecutio velutem studium celestis significat, immo vero etiam in currendo victorianum indicat: non enim alter currendo quis vincere potest, nisi post se reliquerit eum qui simili currit? Quoniam igitur qui propter premium ab iniicio exigitur, a tergo habet persecutem (hi autem sunt, qui martyrum cursus in certaminibus pro pietate suscepti confidunt, quos inimici quidem persecutur, sed non assequuntur), videat caput et summanum in spem propositae beatitudinis, velut coronam quamdam in postremis proposuisse verbis: Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. »

DEJICIMUR, SED NON PERIMUS. — Alludit ad vasa fictilia, de quibus dixit vers. 7, que mirum est ex altissima turri dejici, et tamen non frangi, non perire, q. d. Licit sinus vasa fictilia, et ex altissimis quasi persecutionum turribus dejiciamus, non tamen frangimur, nec perimus: quia igne chariatis decocti, durati et solidati a Deo, frangi et perire non possumus. Quidam addunt: « Humanillamur, sed non confundimur; » sed hoc non habent Graeca, nec Latina Romana.

10. SEMPER MORTIFICATIONEM JESU IN CORPORE NOSTRO CIRCUMFERENTES. — Graecē ἀπόκρισις, id est mors, ut legit Ambrosius; vel potius, ut Noster verit, mortificatio Iesu est passio mortis similis passioni Iesu Christi, que via est ei inchoatio mortis, adeoque longa et vita mors, sive mori in fieri, non in factu esse. Passio hec est, de qua vers. 8 et 9, ait: « Tribulationem patimur, sed non angustiamur, etc., scilicet externa, et ab alto illata, licet etiam extendi possit ad quamvis sponte assumptam mentis et corporis castigationem. Ita Ansel-

mus. Dicitur ergo « mors, » vel « mortificatio Tribulatio-Jesu, » quia illius exemplo toleratur; secundo, dicitur « mors, » ut Ambrosius, quia ipsam Christi mortem et passionem nos ejus ministri in corpore nostro quasi representatione quadam gestamus et circumferimus, ut servi gestant insignia et stigma domini sui, Galat. vi, 17. Sie Hebr. xi, 26, ait Moses tulisse impropterum Christi, illudque adamasse pro thoro Egyptiorum. Vide ibi dicta. « Dubium non est, ait Ambrosius, quin in Martyribus occidatur Christus, et in iis qui pro fide vincula aut verbera patiuntur, quin eadem de iis patiuntur et Christus. »

Dat hic causam Paulus eum in tribulatione et mortificatione non angustiatur et moriatur, sed dilatetur et vivat. Causa hæc est, quod per tribulationem similiis fæt Christo tam crucifixo et mortificatio, quam suscitato et vivificato: itaque in ea gaudeat et sibi placet.

Hinc moraliter Salvianus, lib. I De vero Iudicio et Providentia Dei, docet neminem esse miserum, qui sua miseria est contentus; immo potius in ea esse beatum, quia ex voto suo in miseria vivit. Nam labor, jēnum, paupertas, humilitas, infirmitas, persecutio non sunt molestia patientibus, sed pati nolentibus. Ita gentilibus quoque Fabriliis, Fabiliis, Regulis, Camiliis, paupertas et afflictio onerosa non fuit. « Nemo, » inquit, allorum sensu miser est, sed sicut; et ideo non possunt esse falso iudicio miseri, qui sunt vere sua conscientia beati; et rursum: « Nulli, ut opinor, beatores sunt quam qui ex scientia sua atque voto agunt. Humiles sunt Religiōsi, hoc volunt: pauperes sunt, pauperes delectantur: sine ambitione sunt, ambitus respiciunt: inhonorable sunt, honore responsum: lugent, lugere gestiunt: infirmi sunt, infirmitate latentur. Cum infirmor, inquit Apostolus, tum potens sum. Itaque quid acciderit is qui quicunque vere religiosi sunt, beati esse dicendi sunt: quia inter quantumlibet aspera nulli letiores sunt, quam qui hoc sunt quod volunt. »

UT VITA JESU MANIFESTETUR IN CORPORIBUS NOSTRIS. — « Vita, » scilicet tum futura, ut nimur cum Christo resurgamus ad gloriam, ut sequitur vers. 14; tum presens, ut scilicet ad instar resurrectionis Christi corpora nostra, licet afflita, vegetaria, sicut ex Spiritu ob spem resurrectionis et opem Dei, qua nos a tot in dies periculis liberal et robora. Unde sequitur (1):

11. SEMPER ENIM NOS, QUI VIVIMUS, IN MORTEM TRADIMUR. — q. d. In media haec qualis vita perpetua mortis periculis et terribilis exponimur. Ita Chrysostomus.

(1) Sensus itaque totius commatis est: Semper propter Jesum (alii instar Jesu) ejusque doctrinam mortis periculo expositi sumus, sed eripimur, ne peruersus intercedamus. Alioli: sed hoc fit, ut in resurrectione futura vita Jesu in corpore nostro manifestetur.

Quod in Hoc est ergo quod nos in omni tribulatione
tempore confor- anima, consolatur et roboretur, scilicet quod co-
menor gitemus in ea nos conformari Christo patienti et
Christe, go- resurgentem. Nam sicut in corpore nostro tribu-
tribula- lato et mortificato representatur mors Christi;
tione de- ita in eodem liberato, salvato et roborato re-
bet con- presentatur vita et resurrectio Christi: ut cum
solaris. omnibus leonibus aliisque bestiis, quasi certis-
timo ab ilis devorantur, illi vero nobis parciunt et
abbladuntur: cum proiecerit in ignem, ignis
autem a nobis refugit, in eo leni aura nos recreat:
cum deejacimur in mare submersim, sed mare
nos sustentat, seruante incolimemus; cum lapida-
re Lystra, et pro mortuo relinquenter, mox tam-
en inventus sum vivus, Act. xiv. 48. In hisce,
inquam, et similibus plagiis et afflictionibus par-
ticipes sum, conformor, et represento corpus
Christi passum, mortuum et sepultum: quo tam-
en mox Dei virtute ad vitam eamque beatam et
gloriosam revocatum fuit. Atque haec de causa
in omni tribulatione fortis sum, immo letor et
glorior. Ex hisce enim spem certam concepi
future vite immortali et gloriosa. Propterea, inquit Oeconomicus, a Deo permittitur tradi in
mortem, et manifestetur, quod a morte surrexit
Christus. Qui enim in dies nos suscitabit, certe seip-
sum quoque existabit, nosque atque quando plane
ad immortalitatem suscitabitur. *

UT ET VITA JESU (tum sancta hic, fortis, leta et
alacris, ex forti vegetoque spiritu; tum beata in
colis, ut dixi vers. preced.) MANIFESTETUR IN CARNE
NOSTRA MORTALI.

12. ERGO MORS IN NODIS OPERATOR, VITA AUTEM IN
VIBUS. — q. d. Vestra spiritualis vila per fidem
et gratiam, id est salus animae vestre, nostra
corporali morte procuratur. Haec Ambrosius. Nam
Apostolorum et martyrum passio et mors vila
est Ecclesia. « Sanguis martyrum semen est
Christianorum, » ait Tertullianus. Alter Chrysostomus,
q. d. Vos quicquid vivitis, nec illas pro fidibus
persecutiones sustinueris, quia ego itaque vos
ridiculi, ecce vero propter concordiam ridiculus.

VIRG. 12. 13. HABENT AUTEM RUNDEN SPiritum FIDEI - g. d. Sicut David tentationibus immersus et a solo Deo erexit, dixit : « Credidi; » id est credo, quod Deus justa promissa sua me a meis malis liberabit semper. Unde et iudic audacter : « locutus sum, et etiamnum prologuer. » Ita et non credimus et speramus, ac animos profitemur, opem, robur, liberationem et resurrectionem nostram a Deo uti promissam, ita et certissimum prestandam. Ita Theophylactus, Chrysostomus, Ecumenius (1).

Psalm. Nota : Psalmus cxv, quem hic citat Paulus, est
cxv Eu- Eucharisticus, quo David Deo liberatori suo gratias
charisti- agit. Unde incipit, *Credidi, q. d.* Ego David cum in
cristi illus- mediis perieulis et malis, hinc Saulo cum suis
tratu-

(1) « Eundem spiritum, » qui, scil., in illa Psalmis voce veluet, etc.

me persequente, inde Achis et Philistinis meum caput petentibus, constitutus esset. videbatur omnia humana ope destitutus et quasi desperatus; credidi tamen Deo, mihi salutem, imo et per Sa-
muelum regnum pronuntiante: quare impetu
intrepide locutus sum, me scilicet credere, nec dubitate,
quoniam Deus ab omnibus hisce malis meliberauit
et ad regnum a se prouinssisse proverebat, ut me
de facto jam liberavit, et ad regnum vel proximitate
vel disponit. Unde subdit: « Pretiosa in con-
spectu Domini mors Sanctorum ejus, » q. d. Bala-
nus magni ponderis ac pretii apud Deum est mors
mea, atque Iuramento Sanctorum; ideoque illi cura
et cordi est, ut eam mihi aliquis Sanctis vix et
rara, nec sine magna causa et lucro, permittat
Deus, sed nos mire passim libet et tutetur: qui
ego David in speluncas, et alias sepe, cum annab-
elis Santiis afflornupique hostium concludetur,
expertus sum, ideoque eum laude et gratiarum
actione exalteo: « Quid retrubram Dominu[m] po-
m[er] omnibus que retrubuit mihi? calicem salutaris
accipiam; » vel, ut hebreaca est, « calicem. ἡγε-
τιστόν, id est salutem, scilicet multarum; put
calicem qui testis sit et profector publica, me mul-
tas a Deo salutes consequent esse, meque sepul-
ta morte et mortis periculis, a Deo salvatum esse,
accipiendo. »

Ubi nota **primo**: Judei triplex habebant sacrificium: **primo**, holocaustum; **secundo**, pro peccato; **tertio**, pacificum, sive salutare pro pace et salutem aliecum vel privati, vel familiæ, aut reipublicæ obtempera, vel obtinenda. Nota **secondo**: In omni sacrificio quasi epulo Dei adhibebant libanum quasi potum; calix ergo salutaris est calix vini, qui pro salute accepta Deo libabatur, offerebatur et sumbatur ab offerentibus. Nota **tertio**: Hic calix figura erat calicis Eucharistie, qui salutis per Christum facta non tantum memores, sed et particeps nos facit.

Tropologicæ etiæ hic est martyrium et afflictiones, et pertinax conatus, at Basilicus ^{et} cœ, quod ad mortem usque peccato resistit: *Si*: Paulus enim, at idem Basilius, martyrium ardenter sustiniebat; unde non crucem, sed calicem salutaris vocat, *q. d.* Prompte hauriam quidquid mihi bonum immiseris, eliamus mortem et martyrium; videoque sciens, at Augustinus, martyrium non esse meæ virtutis, sed gratia Dei, hinc eam per monumen Domini *accubabo*, ut apud vestrum Hebreum *NTPR era*, vocabo, publica voce predicabeo et celebrabo gratiam et nomen Domini. Tari modo Christus suam passionem et mortem sacrifico vocat, quem Apostolis, *Martyribus*, noscimus omnibus proprieat, *Math. cap. xx, vers. 22*, *et Math. xxvi, 42*. Sicut ergo Christianus quisvis Christo liberatori in gratiarum actionem offert calicem et sacrificium Eucharisticum: ita Paulus etiam passiones suas, mortificationes et mortem idem Christo, quasi calicem eucharistica libat et sacrificat. *Si* Modestus ecclesiæ fidem ore proficit.

tendo, pro eaque moriendo, omnes eidem Christo calicem sui martyrii libarunt et consecrarunt. »

CREDIDI — **ונכון heemant**, id est **credidi** in præterito, et **credo** in presenti: **Hebrei enim praesenti tempore carent**, et pro eo utitur præterito. **Secundo**, **acredidi**, **vel** **credo**, **id est credere pergo**; **jam pridem enim Deo creditur David**. **Credo ergo non tam autem inchoatum**, **quam continuatum significat**, **ut dixi Can. 32**; **maxime quia David non tantum in sua persona, sed et Pauli, ut hic patet, et nostra omnium dixit: «Credidi», suumque **credidi** nobis imitandum et retendendum quovis tempore, prononcit.**

44. CONSTITUT NOS VOBISCM. — in gloria cum vobis resuscitatis. Nota : Ex modestia ait, non, Vos nobiscum, sed, « Nos vobiscum, » quia vos causa et objectum uti Evangelii mei, ita et glorie meæ estis.

15. UT GRATIA ABENDANS (refer ad abundet in gloriam Dei) PER MULTOS IN GRATIARUM ACTIONE, — id est, per gratiarum actionem multorum, vel dum multi propter illam gratiam gratias agunt Deo. Unde clarissima Graeca sic habent: οὐ τοις πλεοναστοῖς τὸν ἀγράφων παντούντοι εἰ τὸν δέκατον θεοῦ, ut gratia illa copiosa per multorum gratiarum actionem emerget in gloriam Dei; et Syrus, ut, cum chara uel gratia per multis, multipliciter pariter gratiarum actio ad gloriam Dei.

Vers. 16. 16. PROPTER QUOD NON DEFICIMUS, — εἰς ἐπαυξανεῖν,
non cedimus, non succumbimus afflictionibus;
Syrus, *non est nobis ζῆν*. Vide dicta vers. 1.

SED LICET IS, QUI FORIS EST, NOSTER HOMO COR-
RUMPAT: TAMEN IS, QUI INTUS EST, RENOVATUR DE
DIL IN DIME. — Id est, ut Thelyphactus, Ambro-
Teulatius,
dicitur
in homi-
nis
est frigore,
confusa-
re in-
tensio
sins, Anselmus, licet externus homo, id est corpus,
corrumperatur pressuris, plagiis, fame, siti,
flagellis et morbis; tamen «qui
intus est», id est anima et spiritus, renovatur et
proficit sibi, spe, charitate, animi alacritate, ait
et fortior et felicior, quasi aurum in igne, evadit,
ait Chrysostomus.

Nota altera hæc accipi Rom. vii, 22; nam ibi exterior homo est concupiscentia, vel homo concupiscentis; interior est charitas et spiritus, vel homo spiritu renovatus; hic autem homo exterior est corpus, interior est mens. Vel apposite magis: homo exterior est ipse homo corporalis, i.e. quatenus corpore visibilis, tangibili, passibili, et injuriable extrinsecus illatarum sensibilium est; interior vero homo est idem homo

epimus est; merito vero homo est nomen nominatum, sive quatenus anima et mente invisibiliter constat, qua afflictiones corporis inflictas fortiter et alacriter sustinet: homo enim qui duas partibus adeo contrariis constat, corpore scilicet externo et anima interna, ipsaque anima in nomine quasi duplex esse videtur (quatenus enim animal, sequitur in corpore exterius per operationes et passiones spectandam praeberit, externa, animalis et corporalis videtur; quatenus vero in consimile, non in mentilius operacionibus

insistit, interna videtur et invisibilis), hinc et homo
hac duplice parte constans, juxta priorem exter-
num, juxta posteriorem internus est, et dicitur

Hinc patet contra Illyricum, peccatum originale et concupiscentiam non esse substantiam malam ex homine a demone formatam, hominique substantia conjunctam quasi formam haec enim debet esse interior homo, isque incorruptissimus, ut renovari non possit; ejus contrarium dicit hic Apostolus.

Male etiam hic Tertullianus , ait S. Thomas censuit animam esse corpoream , suamque habere figuram et membra ad modum corporis , interior homo respondet exteriori . Sic Joannes Huartus medicus nuper in suo *Examen ingredi-* tunc censuit damnatorum animas torqueri igne- quia , inquit , habent sua quasi membra simili membrorum simulacra , habent sive sensus sive sensations . Hinc dives Epulio dicit se lingua queri , *Lucus xvi.*

Verum hoc de membris falsum est : anima enim uti non est corporea, ita proprie nulla membra habet; sed de sensu et sensatione est probabile. Anima enim rationalis . cum simul sit sensus

• Hy-
error
cate
origin
facies
substi-
tution
long

Erre
Tert
lianio
sent
animal
corpo
reas
quem
catus
detu
Joann

Raart

Quem
animæ
sentiar
ignem
inferni

hydropicus: « Orate, ait, pro me, patres, ne interior homo hydropicus fiat; ego enim Deum oro, ut in hac infirmitate diutius durem. » Nimirum hi Sancti hanc Apostoli sententiam generaliter adaptarunt morbis et mortificatione.

Unde
creas
Mart
rus ro
ber
vernam
bus?

Ita admirabilis illa Martyr Clemens Ancyranus cum Agathangelo sub Imperatore Diocletiano cum omnis generis tormentis cruciaretur, corpore liceat contracto, animo tamen indies fibeat valentior et robustior, ut nova semper appetere tortura, ad eaque excipienda vilam sibi quam diuissime prorogari a Deo periferit et obtinuerit, scilicet ad viginti octo annos, quibus assidue tortus et exarnificatus fuit: cumque Diocletianus et presides stuprarent ad tantum Martyris fortitudinem et animi magnitudinem, regnarentque eum in tormentis qui sese habebat, quomodo illa tolerare posset? Respondit hanc Pauli sententiam: «Nec est qui foris est, noster homo corrumpatur: tamen est qui intus est, renovular de die in diem.»

17. Id enim, quod in presenti est momentaneum et leve tribulatione nostrae. — Greci τὰ περιπάτους τῆς ζωῆς μόνον, quod in momento est leve, vel, potius ad verbum, momentana levitas afflictioneis nostrae; ut τὰ περιπάτους pro nomine substantivo, sitque idem quod levitas; et si περιπάτους fungatur vice adjektivi, sitque idem quod momentanea: quod Graecis est perfectum. Si Demosthenes ait: ἡ παρατυχία σύνθετη, id est, momentanea voluntas.

Cibi nota : *Tu in presenti* non est in Greco expresso, sed tacite includitur in momento, vel momentaneo. *Secundo*, *τάξης*, ait Erasmus, id est *textus*, hic dictur de afflictione, non quasi levis sit toleratus, sed quod leviter et cito transeat. Sic et *βάρος*, id est *pondus*, quod levitati opponit; non vocal id quod gravat, sed quod solidum est, et permanet. Sicut enim Gracis *τάξης*; dictur quasi *τάξης*, ab *τάξει*, id est, *cervus*, q. d. *Levis* et celer instar *cervi*. Verum si tautologiam committeret Apostolus, et quod clarus dixit : *Momentaneum et aeternum, idem obscurioribus verbis repetenter, dicens et explicans momentaneum per leve, aeternum per ponens.* Unde aptius *τάξης* significat hinc, ut et aliis sepe, id quod in se facile est et leve; opponitur enim gravi, sive ponderari. Sic insitum *τάξης* *τοῖς*, *levis vestis*, non ponderosa, apud Xenophontem. Sic dicunt Greci in *τάξης* *ταῦτα*, hoc est, *leve ducere*, parvi *estimare*, q. d. Omnis nostra tribulatio momentanea est et levia, si cum aeterno illo et gravissimo glorie pondera conferatur, perinde ac si plumbum unum, vel falculam levissimam cum plumbo totius universi conferas.

Hinc pulchre S. Augustinus in *Psalm. lxx*, ex-nicans illud Christi: « Jugum enim meum suave est, et onus (pro quo Augustinus legit, *sarcina*) metu leve, » sic ait: « Alia (mundi) sarcina premit et aggravat te, Christi autem sarcina sublevat

te; alia sarcina pondus habet, Christi sarcina penas habet. Nam et avi si pennas detrahas, quas onus tollis, et quo magis onus abstulisti, eo magis in terra remanebit: redeat onus, et volat. Tali est Christi sarcina. »

Hoc cogitabat S. Joannes Chrysostomus cum in exilium Cœsus duceretur. Unde cum debili et infirmo corpore, fæta astuans, noete et dia e militibus cogeretur proficisci continuo per septuaginta dies (qui cum haec ratione conficeret et occidere volebant, ut grataficiarent Eudoxia Imperatrici), prout eum conficerent et occiderent, ita ut revera sit Marry) in summa fame, siti, paupertate. Sunt ardoribus, periculis Arba; hinc omnia alacerit et generose superabat, ita ut sui oblitus nobiles matronas, Olympianas, Pentadiam aliquos amicos propter se afflictos consolarent et erigerent, ad fortiorē carceres, ac dura quaevias pro Christo tolerandis. Scriptis tunc quoque tractatum illum divinum, *Quod nemo leditur nisi a seipso*, in quo seipsum supervavit. Vivis enim rationibus ostendit, omnem veri doloris causam et materiam non ab alio, sed a nobis ipsis proficisci. Eo quod veri doloris materia et causa tantum sit peccatum (hinc enim scilicet verum est malum, ideoque de eo solo dolendum), quod non nisi propri et libera voluntate quisque admittit. Cetera enim mala et dolores, quicunque in mundo sunt, si cum peccato compararentur, non veros, sed pictos tantum et fictos esse, upotes levos, exiles et breves; cum peccatum inducunt, gravissimos, et leviatim.

caut inducit gravissimos, plurimos et exter-
nos.

SUPRA MODUM IN SUBLIMITATE. — *q. d.* Ait Ansel-
mus : Ut sublimetur ad celorum angelorum celsitudinem. Sed nota : Graece est *κατά τηρέσθιαν εἰς τοῖς οὐρανούς*, secundum excellitatem ad excellitatem, id est excellenter excellens, ait Theophylactus : sive
mire et supra modum celsum , sublimus et immen-
sus, glorie videlicet pondus. Ita ΟEumenius,
Si enim Hebrew ei gemitatione vocis
significant vehementiam et superlativum, ut *תְּנִידֵד mead mood*, id est valde valde, hoc est, sup-
ra modum, et plurimum, *q. d.* Incomparabili-
ter manus et excellentius est pondus gloriae futura
tribulatione quam hic patimur.

Pulchre S. Augustinus in *Psalm. xcii*, Deum dicit
cere ait: « Venale habeo? quid, Domine? Regum
nunquam colorum; quo emitor? paupertate regnum,
dolore gaudentia, labore requies, vilitate gloria,
morte vita. » Scriptum est enim: « Beati pauperes,
quoniam ipsorum est regnum colorum :
beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur :
beati qui esurient, quoniam ipsi satiabitur »,
etc. Apposite ergo Paulus glorie pondus attribuit,
tribulationis levitatem: huic, momentaneam duracionem,
ili aeternitatem: huic, praesens tempus et
locum, ili sublimitatem et perennitatem: huic,
nostram esse tribulationem, quippe quam quasi
manu apprehendimus, et pugno concludimus;
ili vero, ut supra modum supraque omnem
mensuram, sine ulla intermissione operetur in
nobis.

ETERNUM GLORIE PONDS (Situs, gloriae infinitum in secula seculorum) OPERATUR, — non physicus et efficienter, sed moraliter et mortiter. Hinc patient merita bonorum operum. Negat id Calvinus et ex ea Beza, tantumque ut hic significari ordinem, vel quo itinere ad gloriam pervenient, sollet per tribulationes. Sed hoc nimis est frigidum: nec enim iter, sive via dictior operari ipsum itineris terminum, nisi per iter, non viam, sed ipsam itineracionem, sive profectionem accipiatis: que sane termini est causa, non tantum moralis, sed et physica, propriece efficiens: quia si concedat Calvinus in operibus bonis et meritis respectu mercedis aeterna, plus iis dabit, quam deat Catholicus, qui non physicam et propriam, sed moraliter tantum et mortitorum eius dant causalitatem et efficientiam. Deinde non tantum ordinem hinc significari patet ex Greco οὐταρά, id est peroperatur, conficit, perficit: quod utique causam non qualum qualem, sed potenter efficacemque significat. Ita Ambrosius et maxime Chrysostomus in morali: « Deus, ait, iustus iudex, ex modo reddit justis beatitudinem, quo malis infernum: » atque malis reddit infernum quasi meritas seculorum poenas: ergo et iustis reddit beatitudinem quasi meritam bonis operibus mercedem et premium. Et S. Bernardus, in *Fsal.* xc, serm. 17: « Non dixit, inquit, Remunerabitur sed, Eternum pondus glorie operator in nobis. Latet gloria, frater mel, abscondita nobis est in tribulatione: in momentaneo hoc latet eternitas, in hœvi pondus sublimus et supra modum, q.d. In levitate tribulatione latet et conlinetur pondus gloriae, sicut mensa latet et continetur in semine: un-

de cum hoc suam vim exerit, tunc illam operatur et producit. Unde subdit: «Interim ergo festinamus nobis emere agrum istum, emere thesaurum istum, qui absconditus est in agro. Omne gaudium existinemus, cum in variis inciderimus tribulationes. Dicamus ex animo: Bonum magis ire ad domum luctus, quam ad domum convivii.»

Dices, quomodo ergo passiones vocat leves, et
alibi ait: « Non sunt condigne? »

Respondeo: *Nou sunt condigne, quatenus passiones seu quatenus opera penitentia nature, quia si proportionem non habent cum tanta gloria: condigne tamen sunt, quatenus passiones tolerant ex gratia et charitate; sic enim sunt opera gratis et charitatis; hee enim gratia semper est gloria. Sicut ergo semet messe condignum est et commensuratum, ita et gratia glorie. Secundo, condigne sunt, quatenus sunt passiones Christi, id est ex Christi meritis profecte, eisque subordinate: Christus enim meruit nobis hanc patientiam passionum et afflictionum, itemque meruit ut hae patientia nostra quasi sua, et exesse suisque meritis manente, eternam gloriam merearum.*

Praeclare S. Bernardus, serm. 4 de Diversis, singulari verbis Apostoli perburgens: « Fergi ergo, inquit, murmurare et dicere: Longum est ergo, gravatum est, non possum tam immunita et tam diuturna portare. Apostolus momentaneum et leve perhibet esse quod tolerat: et certe needum a iudeis quinquequies quadragenas una minus accepisti; needum plus omnibus laborasti, postremo needum usque ad sanguinem restitisti: vide ergo quoniam non sunt condigne passiones ad gloriam. Primo, quid in uncertaini dies et horas numeras? transit hora, transit et ponit: nec accedunt sibi sed cedunt potius et succedunt. Non sic gloria, non sic remuneratio, non sic merces ipsa laboris: nescit vicissitudinem, nescit finem, manet tota similitudine et manet in eternum. Secundo, guttalinam penitentiam bibitur, liquido sumuntur, per minutias transit. Nam in remuneratione torrens est volupptatis, et fluminis impetus, torrente inundans letitiae, fluminis gloriae, et flumen pacis. Tertio, non enim nobis gloria vestis, non gloria domus, sed ipsa gloria promittitur. Nam in veritate iustorum expectatio, non aliquod Iustum, sed ipsa letitiam est. Gaudent in cibis, gaudent in pomplis, gaudent in divitis, gaudent et in vitiis homines: sed luctus extrema occupat ejusmodi gaudiorum. Non his autem non favum sumimus, sed purissimum et liquidissimum mel repositus Deus, ipsam planeletiam, vitam, gloriam, pacem, voluppetatem, amicitatem, felicitatem, jucunditatem et exultationem thesaurizans nobis Dominus Eius nositer: et hec omnia unum, ut sit participatio Jerusalem in idipsum. Et hoc unum et idipsum non nisi ipse, dicente Apostolo: Quoniam erit Deus omnium in omnibus. Haec merces nostra, haec corona nostra, hoc brevium nostrum: ad quod ultimam sic curramus, ut comprehendamus! »

Moraliter Auctor libri *De Anima et Spiritu*, qui extat tom. III operum S. Augustini (*Trithemius* putat esse opus Hugonis Victorini, nam non esse S. Augustini patet eis cap. xxxvii, ubi citatur quod, si Augustinus fuit posterior, graphiche h.e glorie pondus, et haec gaudia Beatorum, cap. lvi et seq. depingit: *as primo*, describit mutram omnium Beatorum charitatem, et exinde mutam.

gaudium, quo quisque non sua solius, sed et singularum aliorum beatitudine gaudebit, critique beatus non semel, sed centies millies. *Secundo*, describit delectationem quam Beati percipient ex visione Dei. *Tertio*, ob oculos ponit plenissimam eorum pacem et suavitatem. *Quarto*, cap. LXIV, exaggerat possessionem immensi boni, quod est ipse Deus. *Quinto*, affert pulchritudinis, sanitatis, sapientiae, melodie, honoris, divitiarum et omnium bonorum, que hic vel gustare, vel conceperem possumus, copiam et affluentiam. «In celo, inquit, est quidquid amatis, quicquid desideratis. Si delectet pulchritudo, fulgebunt justi sicut sol; si velocitas aut fortitudo, erunt similes angelis Dei; si longa et salubris vita, ibi est sana eternitas, et eterna sanitas; si satietas, satiabitur cum apparuerit gloria Domini; si obrietas, inebriabuntur ab ubertate domus Dei; si melodia, ibi angeli sine fine concinunt Deo; si quelibet mundi voluptas, torrente deitatis sue potabit eos Dominus; si sapientia, omnes erunt dociles Dei; si concordia, cibus erit illis voluntas Dei; si potestas, introibunt in potentias Domini, et omnipotentes erunt sunt voluntatis, ut Deus sue: nam scimus poterit Deus quod volet per seipsum, ita poterunt illi quod volent per illum; si honor et divitiae, Deus servos suos bonos et fideles super multa constitutus; si vera securitas, certe ita certi-

erunt nusquam illud bonum sibi defuturum, sicut certi erunt nee se sua sponte illud amissuros, nec dilectorem Deum illud dilectoribus suis invitis ablaturum. » Ex quibus omnibus recte infert S. Gregorius, hom. 32 in Evangel. : « Ad magna, inquit, premia perveniri non potest nisi per magnos labores. Unde et Paulus egregius predictor dicebat: Non coronabitur nisi qui legitime certaverit. Delectet tamen magnitudo premiorum, sed non deterret certamen laborum. » Tempus enim presens, ut quidam Sanctorum ait, est laboris et postnitentie: futurum vero erit quietis et latitatis.

18. **QUE ENIM VIDENTUR, TEMPORALIA SUNT: QUE AUTEM NON VIDENTUR, ETERNA SUNT.** — Praecitate S. Augustinus in *Sententiis*, num. 270: « Inter temporalia, ait, atque eterna hoc interest, quod temporalia plus diliguntur antequam habeantur, videntur autem cum advenierint. Non enim satiat animum, nisi incorruptibilis gaudii vera et certa eternitas. Eternum vero ardenter diligit adeptum quam desideratum. Nemo enim plus de illo estimat quam de se habet, ut flat vultus quia speratum est amplius. Sed tanto est ibi excellencia, ut multo plus adspiciatur sit charitas, quam vel fides creditit, vel spes desideravit. » Vide S. Gregorius, homil. 30 in *Evangel.*, initio, ubi idem discrinet inter voluptates carnales et spirituales aspergunt fusiisque perfractat.

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, pergit inculcare futuram gloriam, ad eamque ex hoc exilio et tabernaculo suspirat, optans peregrinari a corpore, et prasens esse ad Dominum.
Secundo, vers. 9, ostendit se contendere, non ut hominibus, sed ut uni Christo, utpote nos judicato, per omnia placere.
Tertio, vers. 14, docet se ad hoc urgari charitate Christi, qui sua morte nos reconciliavit; itaque se jam neminem nosse secundum carnem, sed tantum si qua in Christo nova creatura.
Quarto, vers. 18, profiteretur se esse ministrum et legatum Christi, ac pro Christo obsecrat ut reconcilientur Deo.

1. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitacionis dissolvatur, quod aedificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, eternam in celis. 2. Nam et in hoc ingemiscimus, habitacionem nostram, quae de celo est, superindui cupientes: 3. si tamen vestiti, non nudi inveniamur. 4. Nam et qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravata: eo quod nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est, a vita. 5. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. 6. Audentes igitur semper, scientes quoniam, dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino: 7. (per fidem enim ambulamus, et non per speciem). 8. Audemus autem, et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, et presentes esse ad Dominum. 9. Et ideo contendimus sive absentes, sive presentes placere illi. 10. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis,

prout gessit, sive bonum, sive malum. 11. Scientes ergo timorem Domini, hominibus suadimus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse. 12. Non iterum commandamus nos vobis, sed occasionem damus vobis glorianti pro nobis: ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, et non in corde. 13. Sive enim mente excedimus, Deo: sive sobri sumus, vobis. 14. Charitas enim Christi urget nos: astimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. 15. Et pro omnibus mortuus est Christus: ut, et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. 16. Itaque nos ex hoc neminem novimus secundum carnem. Et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus. 17. Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova. 18. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum, et dedit nobis ministerium reconciliationis. 19. Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non repudians illis delicta ipsorum, et posuit in nobis verbum reconciliationis. 20. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deus exhortante per nos. Obscuramus pro Christo, reconciliamini Deo. 21. Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

4. **SCIMUS ENIM, QUONIAM SI TERRESTRIS DOMUS (id est seimus, si corpus mortale, in quo brevi tempore quasi in tabernaculo, hoc enim Graecum οὐκαν significat, tanquam peregrini et viatores mortuorum) DISSOLVATUR, QUOD DOMUS (et, ut Syrus, adiunctionem, puta firmum atque stabile) HABEMUS NON MANUFACTAM, — puta gloriam anime et vitam eternam. Ita Photius, Anselmus, S. Thomas, Lyrarus, et ita responderet versus 6 et 8, ubi ait: « Audemus peregrinari, et presentes esse ad Dominum. » Unde ex hoc sensu et Patrum explicazione, et certius ex vers. 8, contra Tertullianum, Gracos, Armenos, Lutherum, Calvinum evincitur beatitudino animalium statim a morte, nec eas dormiantum sub altari aliud ad resurrectionem.**

Secundo et aptius: « Domum, » id est corpus resurrectione glorificatum, « habemus, » id est habebimus certo in resurrectione; et hoc magis responderet versus 4 et cap. praeced., excitat enim Apostolus ad mortificationes et passionis corporalis toleriam per spem resurrectionis. In capitulo *Cor. xv*, dicit: « Seminatur, » scilicet corpus, « in ignobilitate, surget in gloria, » id est gloriosum; et tale corpus proprio dominus est anima hic viventis et patiens. Ita S. Chrysostomus, Theodoreus, Theophylactus, S. Ambrosius.

Dices: ipsa gloria, in quam intrat anima beata, dici potest anima domus: sic enim dicit Christus: « Intra in gaudium Domini tui. » Respondeo, dico, « Intra in gaudium, » non quasi gaudium sit domus in quam intratur, ut volunt aliqui; sed gaudium metonymice dicunt locum ipse gaudi, q. d. Intra in nuptias coelestes, intra in celum, ubi locus est gaudiorum plenissimorum et aeternorum: minus enim recte ipsa gloria, vel gaudium dicitur domus, in quam intrabunt Beati.

(1) Allioli vers. 2 et 3 sic interpretatur: Hoc speramus.

Sed
mortem
desideri-
ant et
forman-